

- lem<sup>(a)</sup> conversationem, in qua nullus rancor, nulla potest controversia iurgiorum incidere, sed quietam semper atque pacificam, que in honesto continue ac sancto colloquio perseveret. quis enim ei convivere<sup>(b)</sup> recuset, a quo nil nisi quod recte velit auditurus sit, qui tacere iussus taceat, loqui iussus maturos mores et<sup>(c)</sup>
- 5 gravi[d]a verba loquatur? hoc auctore, viam qua eatur ad superos, et quo iure hic vivendum quove moriendum<sup>(d)</sup> sit, non nuper docilis didicisti. ipse bonorum fons morum<sup>(e)</sup>, honeste virtutis fluvius amenissimus et, ut breviter dicam, totius fere<sup>(f)</sup> humane felicitatis est cumulus. cuius vires etsi longe tibi clarius quam michi
- 10 cognite sint, referre tamen iuvat et verbo conferre, ut ex tua iucunda vita et claro consortio solatium michi sumam. habes et alium collateralem studiis tuis comparem, Ciceronem videlicet arpinatem, itale eloquentie ac honestatis universe culmen, inter quem
- 15 et hunc similitudinem proportionemque querere non est nostri iudicii. his comitantibus, vitam tuam tranquillus<sup>(g)</sup> agis, te tibi possides, et absque ullo fortune terrore, his tutoribus, secure incedis. ego vero longe a studiis tuis absens, longe otio tuo dispar<sup>(h)</sup>, noctem diemque garrula disceptatione consumo, texo laqueos, complico
- 20 sinus, quibus argutum possim interceptare<sup>(i)</sup> sophistam. miros insuper nature effectus studiosus inquiri, tue (nescio an quia nemini sors sua placeat<sup>(k)</sup> an quia preclarior tua sit) vite semper invidus et maturi otii tui cupidus. tu ergo quid honestum, ego quid verum rebus insit perscrutor, quid divinam vim nobis insitam
- 25 sui contemplatione perficiat<sup>(l)</sup>, ex hoc forte studio plurimum perfectionis et glorie adepturus. de exterioribus autem negotiis tuis nescio quid sentiam, an doleam, an congratuler; tu enim ea hactenus michi incognita permisisti, nec de te ab aliis nisi confuse quicquam<sup>(m)</sup> audiivi. vale et me fortune tue participem fac. do-

intrattenendosi con lui in colloqui piacevoli e tranquilli.

Da Seneca infatti Santo ha già imparato come si debba vivere e morire, sicché non abbisogna ch'egli gliene additi i pregi eccelsi.

Farsi partecipe della sua vita gioconda è però motivo di consolazione per lui.

Allo studio di Seneca aggiunga Santo quello di Cicerone, padre del latino eloquio. In tale compagnia vivrà sicuro.

Ben diverso è il suo stato, occupato senza tregua con dialettiche arguzie e sofismi,

e con lo studio della fisica.

Lo esorta a iscrivergli, e lo in-

(a) BPCR expectabilem (b) BR vivere P vivens (c) P om. et (d) BPCR om. quove moriendum (e) P fons est morum (f) Gu om. fere (g) B tranquillius R tranquillam (h) C om. dispar (i) PR interpretare (k) P placet (l) Codd. proficiat (m) P om. quicquam

tunno del 1388 rispecchia i «miros nature effectus» e gli esercizi in logica accennano al lettorato in logica ottenuto nel 1388-9.